



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Confessionibus Ritè ac fructuosè excipiendis Doctrinas  
tam generales, quàm speciales ad varios Hominum Status  
accomodatas complectens**

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

§.5. Quid Confessario post Confessiones auditas faciendum sit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49251](#)

it, ita Sacerdos peccata audit aper absolutionem Sacramen-  
talem abstergat, & ne deinceps iterum eosdem sordidos per  
peccata efficiant, suaviter simul & efficaciter hortetur.

VI. Sicut Christus nullum inter discipulos discriminem fe-  
cit, sed Judæ tam bene ac Petro & Joanni pedes lavit; ita Con-  
fessorius quoque omnes Pænitentes æquali charitate ac bene-  
volentia complectatur, atque ad confessionem faciendam  
promiscuè admittat.

VII. Sicut Christus post lotionem cibo salutari eos refe-  
cit; ita Confessorius quoque post explicata peccata cibo salu-  
taris doctrinæ Pænitentes reficere, & utili adhortatione re-  
creatos dimittere studeat.

§. V.

Quid Confessario post confessiones auditas  
faciendum sit?

I. Agat DEO gratias pro collato sibi & Pænitentibus auxi-  
lio ad hoc Sacramentum ritè administrandum vel suscipien-  
dum, novaque tibi & illis auxilia emendicet ad faciliorem  
propotorum executionem.

II. Exerceat varios actus humilitatis, credens se longè  
magis ingratum esse omnibus suis Pænitentibus ob majus lu-  
men, uberiora auxilia, plura & efficaciora præsidia, quibus  
tam segniter cooperatur.

III. Reflectat se, & examinet, num quid omiserit, vel ne-  
glexerit ad munus suum pertinens. Quod si errasse se depre-  
hendat, doleat, proponaturque, prout necessarium videbitur,  
seriam emendationem; si nihil occurrat, divinæ bonitati  
gratias agat.

IV. Conetur oblivisci omnium auditorum in confessione,  
& surda aure recurrentes species, molesteque allatrantes per-  
transilire.

V. Secreti sit tenacissimus, ita, ut neque in genere quidem  
audit in confessione unquam loquatur, nisi cum summa  
circumspecione. Ad hoc proderit saepius illa sigilla (seu ti-  
tulos, quibus ad secretum servandum obligatur) perpendere,  
nempe sigillum seu titulum præcepti naturalis, præcepti di-  
vini, præcepti Ecclesiastici, justitiae, religionis, charitatis,  
sædelitatis; his enim sigillis omnia peccata in confessione au-  
ditæ claudi & obsignari oportet.

PARS